



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

De Fiducia bonorum operum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

VIII. Qui præmii caussa certat, non ^{Sæcul. XVI.} certaturus, nisi sciat dandum præmium, is ^{A C. 1527.} seipsum præmio frustratur. Hujus propositionis censura est sequens:

Tametsi principaliter Dei amore, quam præmii, debeant homines certare, & bene operari, licitum est tamen eis præmio moveri ad bene operandum, & certandum contra tentationes, & oppositum asserere, erroneum est, & Scripturæ adversatur. Scribit enim Apostolus: Debet in spe, qui arat, arare, & qui triturat, in spe fructus percipiendi.

Probantur etiam a Christo Eunuchi, qui seipsum castraverunt propter Regnum Cælorum; & inclinavit cor suum regius Propheta ad faciendas justificationes propter retributionem.

De fiducia bonorum operum.

De fiducia in bonis operibus & meritis non nisi duas reperio propositiones, quarum prima est: *Lutherus pie quidem ac christiane disseruit de fiducia meritum, operum & virium nostrarum, ac de tota fiducia transferenda in Deum, & ejus promissa.* *Erasmus in Elencho.*

II. *Periculum est meritis fidere. Harum propositio censura ita sonat: Cum redditurus sit Deus unicuique juxta opera sua, debent fideles securi esse, quod si perse-*

Sæcul. XVI. *veraverint bene agendo, & divina mandata*
 A.C. 1527. *custodiendo, consequentur vitam æternam. Hoc*

2. Cor. c. 5. *enim includit ratio spei, proindeque meritis*
 v. 10. *hoc modo fidere non solum possunt, sed &*

tenentur, alioquin non sperarent. Quare
erroneum est asserere, quod periculum sit hoc
pactō meritis fidere, nec tamen ea fiducia
gratiam & misericordiam Dei excludit, per
quas merentur homines, & ad vitam æter-

Joan. c. 5. *nam acceptantur. Longe siquidem abest hu-*
 v. 29, *jusmodi fiducia a præsumptione & ingrati-*
tudine. Deo enim omnia bona opera adscri-

2. Petr. c. 1. *bit, ut præcipuo Auctori, & fructum me-*
 v. 10. *ritorum maxime collocat in divina miseri-*
cordia, non in propriis meritis, aut huma-
na justitia, quæ nullius est momenti, seclu-
sa divina misericordia, licet cum illa ad sa-
lutem ex Dei Decreto requiratur humana
operatio, quæ nihilominus Dei donum est,
neque tamen ullum est opus hominis, quo re-
gulariter absolute & absque conditione futu-
ræ perseverantiæ securus esse possit de sua sa-
lute citra revelationem.

Ex his clare patet, erroneam esse
 Erasmi doctrinam, qua tradidit, quod
 periculosum sit meritis fidere, dummodo
 non excludatur gratia & Dei misericor-
 dia, per quas æternæ vitæ præmium
 promeremur.

De